8K7 6H57

Thomas Sanchez de Ma[illegible]

3.

KBR3110
.S36
1605
v.3
c.1

TOMVS TERTIVS

DISPVTATIONVM DE SANCTO MATRIMONII SACRAMENTO.

AVTHORE THOMA SANCHEZ
Cordubenſi è Societate IESV.

Jn hoc tertio tomo continentur liber octauus, qui eſt de diſpenſationibus. Et nonus qui de debito coniugali, ac demùm decimus, qui de diuortio agit, cum indice rerum locupletiſſimo.

46324

Anno 1605.

CVM PRIVILEGIO.

Madriti, Apud Ludouicum Sanchez.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
31/1/83 MICROFILMADO R-31

1080045093
KBR3110
.S36
1605
FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON
132706

LIBER OCTAVVS DE DISPENSATIONIBVS.

PROOEMIVM.

TRACTATVS hic vtiliſsimus eſt, quòd non reperiatur ita continuatus apud Doctores, ſed ex varijs locis petenda ſint, quæ dicentur: cùm tamen paſsim difficultates non exiguæ circa diſpenſationes ſuboriantur. Cùm autem diſpenſatio triplici nomine vitiari poſsit: primò defectu poteſtatis in diſpenſante: ſecundò defectu cauſæ: tertiò defectu impetrantis: hunc ordinem ſequemur. Primo loco, præmiſſa duplici diſputatione de larga, vel ſtricta diſpenſationis, & poteſtatis diſpenſandi interpretatione, agemus de ijs, quibus diſpenſandi poteſtas conuenit: non quidem in vniuerſum, peteret enim longiorem tractatum res hæc, ſed de ijs, qui in matrimonium dirimentibus diſpenſare poſſunt, & in votis, quæ illud impediunt, præmiſsis aliquibus diſputationibus generalibus, quæ magis neceſſariæ ſunt, de diſpenſandi poteſtate. Secundo loco, de cauſa requiſita ad valorem diſpenſationis, vel vt licitè concedatur. Vbi & explicabimus cauſas ſufficientes ad diſpenſandum in dirimentibus matrimonium, & votis, quæ illud impediunt. Tertio loco de defectu ex parte impetrantis, eò quòd veritatem taceat, vel falſitatem exprimat, aut careat mandato ad impetrandam alteri diſpenſationem: & explicabimus, quæ neceſſariò narranda ſint in diſpenſationibus matrimonij. Quarto loco modos explicabimus, quibus diſpenſatio ſemel cōceſſa extingui poſsit; vbi diſputabitur, an morte concedentis, vel eius, cui expedienda committitur, aut ceſſatione officij: aut renūciatione impetrantis, aut vnico vſu, aut egreſſu territorium diſpenſantis, aut reuocatione per concedentem facta ceſſet: aut ceſſante cauſa conceſsionis. Demum explicabimus clauſulas diſpenſationum, quæ in foro interno, vel externo, circa vota, ac cætera matrimonij impedimenta, in curia Romana expediuntur: & cuius expenſis impetrandæ ſint.

DISPVTATIO PRIMA.

Quid ſit diſpenſatio: & an latè, potiùs ne ſtrictè interpretanda ſit?

SVMMARIVM.

1 *Qualiter differat diſpenſatio, irritatio, abrogatio, derogatio, interpretatio legis: & diſpenſatio, ac priuilegium: & an hoc cauſam exigat? numero 1.*
Explicatur definitio diſpenſationis. num. 2.
Diſpenſatio eſt ſtrictè interpretanda. num. 3.
An beneficium Principis, & diſpenſatio ſint latè interpretanda, quando non cedunt in præiudicium tertij: ſed in concedentis præiudicium?

 ciumꝰ